

**2902** d. m. | M. Ant. Sopater | mil. cl. pr. Raven., | III Apoll.<sup>1</sup> st.<sup>2</sup> XXVII, | nat. Libucus, | Ammo<sup>3</sup> Iaso er.<sup>4</sup> | et Babu<sup>3</sup> Tarsa sub.<sup>5</sup> | b. m. p.

*Cumis rep., est Neapoli (X 3527 vidit Mommsen). — 1) Triere Apolline. — 2) Stipendiorum. — 3) Nomina Libyca vel Aegyptiaca. — 4) Heres, 5) subheres.*

**2903** d. m., c. b. m. f.<sup>1</sup>, | Memmiae Fortunate, | n. Picenesis, vix. ann. XLV, | Arrius Isidorus manu|plarius, n. Alexandrinus, | in qua expesavt (*sic*) X CCC.<sup>2</sup>

*Neapoli (X 3608 vidit Mommsen). — 1) Coniugi bene merenti fecit. — 2) Denarios trecentos expendisse se in funus mulieris, videtur significare Isidorus. Ad eundem Isidorum pertinet X 469.*

**2904** M. Aureli Vita|lis militis cl. | praet. Antoni|niane Ravenn., | natione Pann. | III Providentia, | stip. XXVII, | Valeria Fausti|na focaria<sup>1</sup> | et heres eius | bene merenti | posuit.

*Ravennae (XI 39 vidit Bormann). — 1) Focaria concubina militis, cf. cod. Iust. 5, 16, 2. (Falsus videtur titulus Orell. 2672 = C. IX 156\*).*

**2905** L. Trebius T. f.  
pater,

L. Trebius L. f. Ruso  
feri iussit.

Natus sum summa in pauperie, merui post classicus miles  
ad latus Augusti<sup>1</sup> annos septemque decemque,  
5 nullo odio sine offensa, missus quoq. honeste.

L. p. q.<sup>2</sup> XVI.

*Prope Aquileiam (V 938 semel ut videtur descripta saec. XV). — 1) Scilicet Romae in castris Misenatum vel Ravennatum (Mo.). — 2) Locus pedes quadratos.*

**2906** Septimus | imp. Traiáni | Caesaris Aug. | Germ. Dácici | ser., disp. classis, | Fláviae Cárae | coniugi | sanctissimae.

*Prope Misenum, iam Neapoli (X 3546 vidit Mommsen).*

**2907** . . . | [*pro sal*]u[*t*]e imp. | Anton. Aug. | Pii, vex. cla. | Germ. p. f.<sup>1</sup>, quae | est ad lapidem | citandum | forum<sup>2</sup> c. U. T.<sup>3</sup>, | iussu Claudi | Iuliani leg. Aug. pro prae.<sup>4</sup>, | curam agente | C. Sun[*t*]icio [*L. fil.?*] | Fausto tri[*e*]rarc., | Bradua et [*V*]a[r]o | cos.<sup>5</sup>, v. s. l. m. (*In lateribus columna rostris navalibus ornata; urna*).

*Bonnae rep. a. 1885 (I. Klein ann. Rhen. 80 p. 151; Mommsen Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 5 p. 77). — 1) Vexillatio classis Germanicae piae fidelis. — 2) Haec non intelleguntur; Mommsenus coniecit culpa quadratarum nonnulla omitta esse, scribi debuisse ad lapidem caedendum ad excitandum forum. — 3) Coloniae Ulpiae Traianae (colonia Traiana prope Castra Vetera Germaniae inferioris). — 4) Fortasse, ut coniecit Klein, hic Ti. Claudius Iulianus qui fuit consul suffectus sub Pio non ante a. 145 (dipl. mil.), idem legatus legionis undecimae Claudiae (III S. 7474). — 5) A. 160.*